

Joachim Lizovius Balthasar Hahn

## **Quaestionum Illustrium Ethico Politicarum Pentas miscellanea III.**


Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729254496>

Druck Freier  Zugang



*F. Lizovius.*  
*R. U. phil. 1619.*



ΣΥΝΘΕΣ  
QUESTIONUM ILLUSTRARUM  
ETHICO  
POLITICARUM

*Pentas miscellanea*

III.

DE QU A  
*Consensu Amplissimi Ordinis Philosophici,  
In inclyta Academia Rostochiensi*

PRÆSIDE  
M. JOACHIMO LIZOVIO,  
Rupinensi Marchico

RESPONDEBIT  
BALTHASAR HANB  
Rostochiensis

*Ad diem 10. Julij horis Pomeridianis.*



ROSTOCHI  
*Excudebat Joachimus Pedanus, Acad Typog.*  
ANNO M. DC. XIX.

ETHICORUM  
POLITICARUM

Proton respectantur

III

De Civitate  
Cassini Augustini Ordinis Praedicatorum  
Augustini Cassinensis Religiosus



BALTI

Rostochi  
Censuratus Johannis...  
Anno M DC LIX

COROLLARIA

Πάρεργα.

I.

An semper, quod antiquum, verum, juxta illud: antiquissimum quodque verissimum?

II.

An natura pueri vel adolescentis ita curanda & perficienda, ut ei nunquam quicquam detrahatur?

III.

An probanda ars memorialis?

IV.

An ferenda in scholis ferula? seu, an in officio contineri pueri queant absque verberibus?

V.

An statim è scholis removendi, qui servilis videntur ingenij, nec mature bonam proferunt indolem?

(Ad singulas hasce quaestiones respondemus disting.)

ALIA Πένης.

I.

In juventutis informatione major habenda ratio bonorum morum, quam doctrinae.

II.

Laus solida & proprie sic dicta eruditionis, in sola linguarum cognitione non consistit.

III.

Eruditas disceptationes qui vocat altercationes, gravissimè (nequid dicam gravius) errat.

IV. The-

IV.

*Theologus non Philosophus, non doctus, & etus non  
Philosophus non doctus, similiter & Medicus.*

V.

*Qui se quarumvis rerum iudicem constituit, &  
discursu syllogistico, quem tradit Logica, caret, na is  
ineptum se prodit iudicem iudicio de rebus vero &  
sincero planè destitutum.*

Coronidis loco quærere libet.

*Silentium Pythagoricum in discipulo utrum com-  
mendabile?*

Item,


*Sit nè bonum consilium: Philosophare sed paucis?*

Videbimus in ipsa συζητήσα.

---

τῷ θεῷ μόνῳ δοξα.





Σ Τ Ν Θ Ε Ω.

*Questionum Ethico - Politicarum*

*Partis tertiae.*

RESPONDENTE

BALTHASARE HANEN

*Q U A E S T I O I.*

*An nobilis cum ignobili, pari convictus  
culpâ & flagitio, sit etiam pari afficiendus  
pœnâ & supplicio?*

**N**egativa hujus placet & probatur Bodino, l. 6.  
de Rep. c. 6. ac confirmari posse videtur. I.  
Jure Civili. Sic lex Viscellia plagiarios servos  
ad bestias projici, ingenuos securi percuti aut  
in metallum damnari, si vero persona honestio-  
ris sit conditionis relegari jubet. Lex incendi-  
arios obscuros homines ad bestias damnat, nobiliores gladio vel  
exilio.

II. Ratione, nam in Justicia judiciali valet proportio  
Geometrica, quâ respiciuntur non tantum res, sed & perso-  
na. Unde regula ista: In pœnis infligendis propter delicta non  
est servanda proportio Arithmetica sed Geometrica, ita ut cau-  
sa delictorum, & persona, locus, & tempus, quantitas ac qua-  
litas, sive gradus delictorum & eventus observentur.

III. Exemplis, Ita legimus de Scauro quod ipse repe-  
tundarum reus & quidem perditus ac comploratus propter ve-  
tustissimam nobilitatem & recentem Patris memoriam plane  
absolutus sit, Val. Max. l. 8. c. 1. Et apud Sueton. in Aug. c.  
5. legimus quod Lectorius, adolescens patritij generis ad depre-  
candam

candam graviolem pœnam natales inter cetera allegarit.  
Sic apud Polonos (referente Bodino) Patronum, qui clien-  
tem occiderit, ne accusari quidem, sive publico sive privato ju-  
dicio, leges patiuntur. Hodieq; praxis hac sapiculè obtinet, ut  
majores & potentiores, vel planè absolvantur, vel mitiori pœna  
afficiantur, quam minores, nempe juxta Versiculum tritum.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Unde etiam  
Anacharsis leges telis aranearum conferre solitus est. Quem-  
admodum enim iis animalia infirmiora retinentur, valentio-  
ra transmittuntur: Ita his pauperes constringuntur, divites &  
potentes non alligantur. Val. Max. l. 7. tit. Sap. dicta & fa-  
cta. Hæc & similia pro sententiâ negativâ. Econtrâ vero affir-  
4. mativam quæstionis conantur stabilire alijs.

I. Ipsâ Scripturâ sacrâ, quæ in Judice & Iudicio à πρῆ-  
στοπολιτικῶν requirit. Deut. 1. v. 17. & Deut. 16. v. 19. Lev.  
19. v. 15. & alibi.

5. II. Jure Canonico. Unde Innocentiûs III. Novit ille,  
de Jud. inter alia inquit: Forsan dicetur quod aliter cum Re-  
gibus aliter cum alijs sit agendum. Caterùm scriptum novimus,  
ita judicabis parvum sicut magnum, nec erit apud te acceptio  
personarum; 2. Civili. Regula enim juris est: In judiciis non  
est acceptio personarum habenda. Sext. decret. tit. 13. reg. 12.

6. III. Ratione. Si enim personarum habetur respectus, & in  
culpa aequali inæqualitas pœna locum habet, fieri facile potest,  
ut nobiles ex mitiori illâ pœnâ crebrius peccãdi ansam & licen-  
tiâ sibi sumant, id quod experientia etiam testatur. Ut taceam,  
quod quod major est persona delinquens, eò etiam majus sit de-  
lictum: bis enim vir magnæ dignitatis peccat (1.) factò & (2.)  
Exemplo. Cic. 3. de L. L.

7. IV. Exemplis tam Sacris quàm profanis; ubi eadem ex  
aquo pœna legum violatoribus, cujuscunq; etiam generis status  
aut dignitatis fuerunt, irrogata & c. Quorsum etiam pertinet  
quod

quod de Areopagitis refert Lucianus, illos nempe noctu & in tenebris judicare solitos fuisse, ne ad personam respicere possent; Ut & quod Thebani Principem suum non tantum auritum sed & cæcum sinxerunt, ne putà spectator Is esset personarum. Et sic ab utraq; parte rationes stant, quæ dubiam quæstionem istam reddunt.

Ut autem nodum hunc solvere & dubium istud 8. tolere queamus, præmittimus distinctionem unam atq; alteram. Et 1. quidem distinguimus inter pœnas, quæ vel ab ipso Deo definitæ & præscriptæ sunt, vel libero Magistratus arbitrio relicta. 2. distinguendum inter ἀνευθεοδικαίων, & Παινετικῶν, juris rigorem, & aequitatem. 3. inter nobiles nomine sive genere tantum, & re s. virtute ac sanguine.

Præmissis sic præmittendis respondemus jam distinctè ad 9. quæstionem propositam. 1. Affirmative, 2. Negative ita:

I. Pari pœnâ nobilis cum ignobili afficiendus est, si pœna illa divinitus est determinata: Tunc enim nulla distinctio à iudice fieri debet. Ratio est manifesta, quia Dei statuta nullus hominum intervertere, aut immutare & circa Dei legem nemo dispensare potest. Sic v. gr. Pœnam homicidio divinitus præscriptam capitalem Gen. 9. v. 6. quemvis homicidam, sive sit nobilis, sive ignobilis, subire & pati justum est, nec minùs iste quàm hic ab eadem immunis esse debet.

II. Pari pœna afficiendus est nobilis, cum ignobili, nec potest ejusdem distinctio inter illos fieri secundum jus strictum & rigorosum. Hoc enim omnes delinquentes aequaliter punit, non attendens quatenus hic nobilis, ille ignobilis, sed quatenus uterq; legis prævaricator, adeoq; culpâ æqualis est. Sic secundum jus rigidum Saul proprium filium mel gustantem capitis supplicio adjudicavit 1. Sam. 14. & Salomon nec fratri Adonia nec Joabo exercitus Ducis pepercit. 1. Reg. 2. 10.

III. Pari videtur esse pœna afficiendus nobilis nomine tantum, cuius. 11.

E 2

laus

Laus est in origine solâ,  
cum ignobili & quovis alio è grege: neq; enim dignus istiusmodi fucus singulari privilegio & jure, quo alij verè nobiles fruuntur ac gaudent.

12. IV. Non vero pari sed mitiori pœna affici potest nobilis qui non genere tantum, sed & virtute talis, aliàsq; benè meritus est & impostero quoq; mereri de Republ. potest, cum videlicet pœna in judicis arbitrio est posita, & non à Deo ipso definita, ratione habita Invenias sive aq; uitatis & certarum circumstantiarum &c. Sic E. gr. Saul filium secundum jus rigidum capite damnatum secundum aequitatem juris absolvit liberumq; dimisit. v. 45. ; supr. cit. c. & Sam. Vid. l. Meisn. dis. de L. L. l. 4. s. 1. q. 23. Jac. Mart. cent, 4. ill. qu. Phil. d. 9. q. 10. Confer. Gerhard. cent. q. pol. dec. 6. q. 3. Keck. curs. Phil. disp. 32. probl. 1.

## QVÆSTIO. II.

Probanda ne sit illa in Principe simulatio,  
quâ mutato habitu & aliâ simulatâ personâ in subditorum  
vitam fidem & de se inquit Indicia; & c. & c. & c.  
an & quæ alienæ personæ simulatio  
licita sit?

1. Magnoperè expedit Principi bono scire non tantum subditorum suorum vitam & fidem, sed & de se totoq; regimine Indicia. Sic enim necessitati & salutis publicæ consulere ac subvenire, multis malis ac periculis prævenire ac mederi, sibi præcavere, & quos in se ac toto Reipubl. corpore deprehendit naves ac defectus corrigere ac emendare potest commodius & expeditius.

- Duobus autem modis cognoscere ea potest 1. per alios,  
2. clancularios quosdam ministros, quos Coryceos & Exploratores vocant, qui clam & occultè in dicta & facta populi inquirunt, eademq; postea ad Principem deferunt ac referunt 2. perse-

per semetipsum, dum mutato habitu, vel simulatâ alia persona  
subditos accedit, & quid dicant ac faciant coram audit ac vi-  
det.

Quod prius attinet, an & quatenus Princeps inter regni sui  
inquinatos, etiam extra belli aleam constitutus, exploratores  
alere debeat, de eo p. t. disquirere nostri non est instituti. Le-  
gantur hac de re Keck. in System. Politic. l. 1, c. 7. & in Curs.  
Philosoph. Disp. 30. qv. 5. **Hœnon.** Disp. Politic. 6. p. 321.  
& 322. & qui ibi citati sunt Autores alij. Et notetur brevi-  
tèr, quod Princeps quidem Exploratores habere & audire, sed  
non auscultare, verum (quod Mecenas monet (referente  
Dione l. 52.) acriter examinare; quod ipsis quidem aurem  
sed non statim fidem adhibere; & nec nimis facilem,  
ne ad calumpniam invitentur, nec nimis difficilem, ne à veri-  
tate absterreantur, sese ipsis præbere debeat.

De Posteriori autem explorationis modo impræsentiarum  
agitur, & licitanè sit illa persona aliena in Principe simulatio  
queritur? ad quod Resp. affirmativè quod sic, & quod si libeat,  
liceat Principi vestitu mutato, suaq; dissimulatâ, & alienâ si-  
mulatâ personâ inquisitionem instituere, siquidem **finis**, qui de-  
terminat actionem, non malo, sed bono hoc fit, & perutile imò  
& necessarium nonnunquam Reipubl. & Communi saluti est  
Sic enim, quod ipsum scire multum interest, benè cognoscit, &  
quam aliàs sæpè in aulâ à suis Consiliarijs non audit, veritatem  
(quemadmodum libertas monendi, & veritas frequentèr exul-  
tant aulis, uti Ludovicus Galliarum Rex, de sua conqueri-  
tur, quod cum omnibus rebus abundet, veritate careat) in cau-  
lâ & casulis nonnunquam cum Antigono illo reperit & à ru-  
sticellis ac infima plebecula cognoscit.

Quin insuper hic posterior per simulationem persona alie-  
na à Principe factæ Explorationis modus eo certior est ac tutior  
priori, quod hic non alienis, ut ibi, sed proprijs, utatur & o-  
mnia vsurpet oculis ac auribus, nec falsa Delatorum renuncii-

E. 3.

atione.

atione & calumniâ, uti aliàs sæpè, circumveniatur & fal-  
latur.

6. *Exempla Eorum, qui utilitèr & laudabiliter hoc modo  
fuère usi, suppeditat nobis Phil. Camerarius Cent. 1. medit.  
histor. 90. & ex Eo Schönborn. l. 12. Politic. c. 27. p. 165. Sic  
Matthias Huniades Rex Hungaria, licet circum se habue-  
rit & Marte & arte, togâ sagorq; præcellentes viros, solitus ta-  
men fuit sæpiculè in venationibus à comitatu suo clamèr studi-  
o se sese subducere, atq; in solitarijs rusticorum casulis vel pago  
aliquo pernoctare, famamq; & rumores de Rege & administra-  
tione Reipubl. colligere. Idem fecit etiam Michridates poten-  
tissimus ac bellicosissimus Rex. Sic & simulatâ personâ ali-  
enâ idem tentarunt Franciscus Galeatius, Leo Imperator,  
Augustus Elect. Sax, & Dux ille Noricus, de quo eleganter  
Sabinus:*

*Sæpè rudes inter mutatâ veste colonos  
Noricus agricola Dux faciebat opus.  
Nunc pascebat oves, nunc gramina falce secabat,  
Vomere proscindens nunc subigebat humum.  
Et simul illato de se sermone rogabat  
Plurima, nempe quibus moribus ipse foret.  
Justus an exigeret pœnas à fontibus ultor,  
Debita conferret præmia numnè bonis?  
Quarenti verò causam cur Regibus ortus  
Princeps agricolam se simularet? ait.  
Me juvat è rudibus cognoscere vera colonis,  
Servit adulatrix auribus aula meis.*

7. *Ceterum ut & in Jæsa ac in genere an & quæ aliena per-  
sonæ simulatio probanda sit breviter nunc subjungamus, di-  
stinguendum est inter causam ac finem ob quem illa instituitur.  
Atq; suscipi illa potest ac solet vel- 1. ex temeraria levita-  
te, animi vanitate, sineq; malo & illicito ad exercendam pe-  
tulantiâ & omnîs generis nequitiam: quò *αγορῶν* *καρχῆα*  
& lar-*

& larva Bacchantium. s. personæ alienæ Bacchanaliorum tem-  
pore facta simulatio & representatio pertinet. Vel 2. fit illa  
fine non malo, citra Dei ignominiam proximiq; offensi-  
onem & scandalum, in sui potius proximiq; salutem & c. tempore  
vel necessitatis, vel hilaritatis & honestæ recreationis, ut in lu-  
dis scenicis, vel tentationis & probationis, quo refer illam  
Joseph Genes. 44. Et ipsius Christi Luc. 24. simulationem &  
hanc etiam de qua hac in questione dictum fuit.

Quod primum attinet genus, illicitum ac improbandum  
illud omnino est. Secundum autem licitum ac probandum cen-  
semus Vid. & confer. Qu. Ethico-Polit. Pent. 1. q. 5.  
th. 5. & 6. & Christ. Matth. in l. 3. System. Ethic. p. 262.  
& seqq.

### Q U Æ S T I O. I I I.

An Princeps sit exlex, seu legibus  
solutus?

Dubia hæc & perquam controversa inter alias questio  
politica multis ab utraq; parte, tam affirmativâ quam negati-  
vâ, utitur rationibus ac autoritatibus, quæ satis intricatam ac  
perplexam eam reddunt Nos ne vel in excessu cum absolutè  
affirmantibus, vel defectu cum simpliciter negantibus exorbi-  
temus, sed potius media inter utrumq; Extremum viâ inceda-  
mus, certis quibusdam adhibitis distinctionibus quæstionem par-  
tim negamus partim affirmamus.

Et primò quidem Princeps non est solutus L. L. divinis  
& naturalibus, Hæ enim omnes omnino homines indiscrimi-  
natim & ex æquo obligant; Et harum ratione consideratur  
Princeps non quatenus Princeps, sed quatenus homo, Dei impe-  
rio subiectus, & ad imaginem ipsius creatus est. Cum ergò  
Princeps Deo subiectus sit, cum homo sit, cum item Christianus,  
pius & honestus esse debeat ( neq; enim Principaus Chri-  
stianis

Præsumptum &c. tollit ) omnino tenetur L.L. à Deo vel verbo  
præscriptis, vel animo inscriptis parere.

3. Huc pertinet cap. non licet. dist. 10. ubi non licet Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra divina mandata præsumere, nec quicquam quod Evangelicis, Propheti-  
cis & Apostolicis regulis obviet, agere. Sic c. 1. dist. 10. Lex Imperatorum non est supra legem Dei sed subius. Et egregium illud præceptum Politicum huc referendum est, quod Glycas in  
Annal. fol. 356. scriptum reliquit: Officium illustrium  
Parentum requirit filijs persuadere, se non magis quam alios  
peccandi licentiam habere.

4. Impia ergò vox Juliae est ad Antonium Caracallam Im-  
peratorem privignum suum: Sibi licet, an nescis te Imperato-  
rem esse, & leges dare, non accipere: Ut & ludicum illorum ad  
Cambysem; Nullam nempe se invenire legem qua sinat fratri  
nubere sororem, sed aliam quàm Regi Persarum liceat quod li-  
bet: Et Anaxarchi Philosophi ad Alexandrum Magnum  
cum Clitum iratus transfixisset; Ius Iovi & Regi est quod vi-  
detur. Neq; enim magis Principi incestus, stuprum, furtum,  
sædes &c. licita sunt, quàm subdito & infima cuiquam secis aut  
sortis alijs.

5. Secundò Princeps non est solutus L.L. Majestatis, ut  
vocat, seu fundamentalibus imperij, in quibus fundamentum  
totius regni s. principatus consistit: in has enim cum Princeps in-  
augurandus & inthronisandus consentire & jurare debeat,  
(uti patet Exemplo Caroli V. electi Imperatoris jurantis in le-  
ges fundamentales imperij Romani) & justissimum atq; equis-  
simum sit Principem pacta ac promissa servare: tum quoq; his-  
ce non observatis regnum & principatus quia pessumit, turba-  
tur & collabitur, ideoq; hisce omnino tenetur & constrictus est  
Princeps ad conservandam imperij dignitatem & publ. salu-  
tem. Rationes hic dissentientium & negantium solutas vid. ap.  
Althus. in Pol. c. 19

Tertio

Tertio alius leges civiles quod attinet, & quidem communes illas, quarum ratio communis est & observatio non tantum in subditos sed & in ipsum Principem cadere potest, non est solutus iisdem Princeps absolute & simpliciter. Neque enim quod ad vim legis directivam s. dirigentem, ut loquuntur, quæ est, cum lex per suam in jure naturali & recta ratione foundationem adeoque ad observationem civiliter invitatur, non serviliter cogitur, ab ijs immunis est. Vel, non est solutus Princeps LL. civilibus communibus, quatenus iusta actionum norma & regula sunt. Sic enim est & manet iisdem subjectus & constrictus. Cum enim hæc LL. ex naturalibus legibus extractæ & iisdem consentaneæ, adeoque iustæ sent, non debet non eas observare Princeps, non quidem ob superioris alicujus præceptum, sed commune legis fundamentum atque æquitatis studium, nec potest eas transilire nisi ipsas simul leges naturales transilire consequenter velit, quod nefas est.

Præterea etiam vel ideo istis LL. obtemperare debet, ut subditi suo exemplo, quod certè multum hac in re apud illos valet, moti iisdem pareant & obsecudent. Hinc Modorus l. 3. de sum. bon. c. 52. justum est, inquit, Principem LL. suis obtemperare: tunc enim sua jura ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reverentiam præbet. Et pertinent huc illa sapientum effata. 1. Catonis: Feras legem quam ipse tuleris. 2. Solonis: Oportet legem regere Regem, & salva est respublica, si cives Magistratui, Magistratus a legibus obediunt. 3. Platonis: Paratum exitium illi civitati, in qua non lex Magistratui, sed Magistratus legi præsumunt Et 4. quod Impp. ait Digna vox majestate regnantis est legibus alligatum se Principem profiteri. l. 4. c. de ll. & constit. Princip.

Econtra verò I. Princeps est solutus legibus civilibus communibus, quoad vim legis coactivam, quæ est quando rigore quodam & metu pænæ faciendæ impetrantur, sive quatenus

F

lex

lex serviliter cogit. Cum enim lex tantum sit medium & instrumentum coercendi atq. cogendi, Principi subserviens, Princeps ut causa principalis ipsdem non est subjectus, aut cogi ab ipsdem potest. Agens enim sic pateretur a suo subjecto, & ipsum coereret seipsum, quod absurdum est. Hac igitur ratione intelligendum est, quod Princeps LL. dicitur solutus. l. 31. ff. d. LL.

II. Solutus est Princeps LL. civilibus specialibus, que scilicet subditos quatenus subditi & privati sunt concernunt, ut sunt statuta illa civilia, qua pertinent ad juris solennia in contractibus nempe nonnullis, testamentis, & ceteris, ut, non uti veste sericâ, non incedere cinctum gladio & c. His non tenetur Princeps, qui enim illis obligaretur, cum ratio harum legum in Principis personâ exspiret, eamq. minimè attingat? Vid. Meisner in Diff. de LL. 298. seq. Christ. Matth. l. 3. System. Politic. p. 336. & 337. c. 3. Keck. l. 1. Syst. Politici c. 3. Ha-non. Diss. Politic. 9. Alios.

#### QVÆSTIO. IV.

An Imperium Romanum dicendum sit  
Monarchia, & quidem quarta ac ultima illa, de qua  
prædictum in sacris?

1. *Gravis multumq. a multis agitata & divexata est questio, num imperium Romanum sit Monarchia & quidem quarta ac ultima illa Danielis 2. & 7. prævisa & prædicta? Jo Bodinus, rigorosus ille Germania majestatis censor, ut appellatur a non nemine, stomachosè disputat hac de re, & acriter questionem istam negat ac pernegat, omnes ingenij & industria nervos in id intendens, ut probet statum imperij Romani minimè monarchicum esse, & plures esse Monarchias quàm quatuor; Quo cum faciunt & alij nonnulli. Contra vero alij Theologi*

logi, Politici, Historici complures Monarchiam illam esse & in specie quartam ac ultimam illam in Dan. d. l. praefiguratam magno consensu dicunt ac docent.

Uti autem succinctè & distinctè nostram hic sententiam, & quid veritati magis consentaneum judicemus, exponamus; distinguimus 1. Vocem Monarchiæ, quæ dupliciter accipitur. 1. strictiùs & ἡγεμονία à Theologis. de regno sive imperio mundi summo aliquo & maximo, à Dan. d. l. praefigurato, quod Deus præ cæteris majestate & potentia instruxit ac ornavit, ita ut præ illis non minus, quam Sol in cali firmamento emineat; Et tales Monarchiæ sunt 4. tantùm, quas alij principales vocare volunt, quarum una alteram serie non interruptâ insecuta est, duratura usq. ad extremum Christi adventum Vel 2. generaliùs, & absolutè à Politicis sumitur pro Republ. in qua omnia gubernantur imperio unius, penes quem residet suprema potestas. Et sic non tantùm quatuor, sed longè plures dantur Monarchiæ in hoc mundo, quas alijs minus Principales vocare allubescit.

II. Distinguendum censemur inter impèrij Romani statum veterem, qui olim fuit, & hodiernum, qui nunc est, seu inter imperium Romanum & Romano-Germanicum, ut vocant nonnulli.

Premiis his respondemus & dicimus 1. Romanum imperium esse Monarchiam in sensu illo theologico, & quidem ultimam illam, quæ Dan. 2. per tibias ferreas, & pedes partim ferreos, partim fictiles, 7. autem c. per bestiam illam ἀνθρώπων & ἀποροφῶν prae grandem, robustam & horrendam dentibus suis ferreis longè lateq. grassaturam, praefigurata & adumbrata fuit.

Hujus nostræ sententia authores & approbatores laudare possumus Hieron. Theodoret. Vatabl. Luth. Osiand. & cæteros: Ipsum etiam Calvinum & Hemmingium. Et rationes

ejus habemus luculentas; quoniam scilicet quacunq; de quarta illa Monarchia s. regno ultimo typicè prædicantur ad Imperium Romanum ex assè quadrant & unicè applicari possunt.

6. I. Imperium enim Romanum illud est, sub quo lapis ille sine manibus de monte est excisus, id est. Christus lapis angularis Psalm. 117. Esa. 28. sine opera hominum & virili semine è corpore sanctissimæ Virginis Maria hunc in mundum natus est. Natus enim ipse, Evangelicâ historiâ teste, sub Augusto Casare, Monarcha Romano, universo orbi imperante Luc. 2. vers. 1.

7. II. Hoc ipsum habet vel potius habuit decem illa cornua sive regna, inter qua unum enatum parvum, quod robore & velocitate sua tria dejecit, id est Turca, qui ortum habuit exiguum, & tria regna Ægyptum Asiam & Graciam dejecit.

8. III. Confertur ferro hoc in prima visione, Nam quemadmodum ferrum duritie & duratione omnia superat metalla; ita hoc potentia sive fortitudine & duratione reliqua mundi regna superat. ejusq; majestas semper invicta manet, nec ab ulla enervari potentia humana unquam potuit, potest & poterit, duratura usq; ad finem mundi, extremum.

9. IV. Pedes & digiti pedum partim fictiles, partim ferrei innuunt decrementum & accrementum imperij, & quod non semper eadem Imperatorum hujus Monarchiæ futura sit potetia, sed alij horum plus, alij minus viriū habituri sint & Imperium modò potens, modò impotens futurū sit. Sic ferreum fuit sub Augusto, luteum esse capit sub Aurelio & Antonio Philosopho. Constantinus autem Magnus rursus ferreum istud reddidit, quod sub alijs iterum in lutum quasi abijt.

10. V. Innuunt digiti pedum variam ejus mutationem & divisionem, quod in multas distrahetur partes & multa ab eodem deficiet.

deficient regnas; ut etiam quod bestia ἀλώρου & ἀμορφου  
est, multiplicem politia formam variasq; mutationes in impe-  
rio Romano indigitat.

11.

Vid Christian. Matth. l. 2. syst. Politici sect. 8. p. 425.  
& seqq. Haenon. Diss. Politic. 12. p. 536. Schönborn. l. 5.  
Polit. c. 5. & c.

12.

Concludimus ergò sacrum imperium Romanum esse quar-  
tam & ultimam illam Dan. Monarchiam, & reliqua mun-  
di regna dignitatis & majestatis suae apice superare, Impera-  
toremq; Romanum supremum honoris fastigium in his terris  
obtinere.

Nec est quod objiciat Bodinus cum suis, regnum Turci-  
um, Hispanicum, Tartarorum, & Moscovitarum,  
nostrum regionum potentia & magnitudine superare. Respon-  
demus enim; quod summum imperij ἀξίως non dependeat &  
æstimandum sit ex regnorum quantitate & territoriorum  
amplitudine, sed prædominio, quod cernere est in imperio  
Romano, Unde orbis Christiani Principes reliqui Imperatori  
Romano primas omni jure concedunt; & omnes exteri intelli-  
gunt debere se comiter Romani Imperij observare majestatem;  
neq; ullum est in universo terrarum orbe nomen sanctius, vel  
ipsis remotissimis barbaris venerabilius.

13.

41.

Hinc non tantum Reges Gallia & Hispania aliquoties di-  
gnitatem hujus Monarchiae sibi deferri petiere, uti ex ambitu  
Caroli V. Regis Hispania & Francisci 1. Regis Gallia apud  
Sleidan. videre est: sed & ipse Turcarum Imperator, qui ta-  
men se omnium Imperatorum ter maximum (at vanissime) ap-  
pellat, oratores aliorum Regum dum coram se stantes audit, hanc  
Imperatoris majestatem sic veretur & respectat, ut Imperij Le-  
gatus ex sella verba faciat (Kirchn. d. Legat. l. 2. c. 29. Et  
Basiliius Moscus, qui omnes Reges & Turcam ipsum despi-  
cit, solius Imperatoris Romani majestatem, missis ad Augusta-

F 3

na

na comitia legatis, admiratus est: Ejusq; filius Theodorus Re-  
gis titulum ab Imperatore Romano sibi dari petijt; Qui solus  
etiam Reges creare potest, & creavit Regem Poloniae, Daniae,  
Sueciae &c.

15. Innuitur haec imperij Rom. i.  $\text{E}\text{O}\text{X}\text{I}$  majestas, & qualitas typo  
Aquilæ, quam in vexillo insignis loco habet. Nam quemadmo-  
dum Aquila est Princeps avium, & solem irretorto oculo con-  
tueri dicitur; sic Romanum imperium sublimi ferit sydera ver-  
tice, & summum inter alia est. 2. quemadmodum Aquila se-  
nio non opperit neq; aegritudine, sed fame (Plin. l. 10. natur. hi-  
stor. 3.) & quemadmodum immunis illa est à fulmine; ita et-  
jam hujus imperij dignitas durabit in omne ævum, & ab ex-  
trema deletione, humanâ potentiâ quæ sit, libera futura est.  
Quod ipsum Daniel innuit cum dicit lapidem de monte ab-  
abscissum pedes hujus statuæ percussisse & destruxisse, id  
est, Christum suo adventu ad judicium solum finem huic impe-  
rio facturum esse. Unde etiam Imperatores nostri recte Augusti  
& invictissimi nuncupantur. 3. Quemadmodum Aquila an-  
nosa ad solem pennas exurere dicitur, post verò se salubri  
lymphâ, unde renovantur penna reficit (Psalm. 103.) Ita Ro-  
manum imperium varijs bellorum æstibus vires labefactavit,  
quæ aliquo modo restituta sunt, ubi salutari cælestis doctrinæ  
aquâ renovatum est. Sed de acceptione vocis Theologicâ ha-  
tenus.

16. Quod attinet acceptionem Monarchiæ politicam, cer-  
tè est itatum imperij Rom. veterem monarchicum fuisse, &  
Imperatores priscos Monarchas dicendos esse; Quod verò mo-  
dèrnium hujus temporis attinet, dicendum è ille sit Monarchi-  
eus, uti multi censent, an verò mixtus ex Monarchia & Ari-  
stocratia, quemadmodum Arnisæus, Peucerus & alij probare  
volunt, controversa & difficultas aliqua est? Nos in medio  
jam id ipsum relinquentes ad alia nos accingimus. Interim  
CONTRA

contra Bodin & ipsius affectus Romanum imperium meram  
Aristocratiam esse constanter negamus, rationes ipsius affir-  
mativas in ipsa οὐκ ἔστιν οὐκ ἐπιτελεσθῆναι protelaturi.

QVÆSTIO. V.

Plurimorum vota nūm semper prævaleant,  
& an Princeps consilia ac sententias non tam pon-  
derare quàm numerare debeat?

Quemadmodum plurium testimonia pluris vulgò sunt, quàm  
pauciorum & unius atq; alterius: ita etiam plurium vota &  
sententia vincere & præferri votis & sententijs pauciorum usu  
communi receptum est, unde proverbium ista enata: *Maxima  
pars concludit.* Et, *Quod major pars desinit, prævalet.* It.  
plurium calculus vincit.

Cujus quidem rei ratio in aprico est, & dari hæc potest,  
quod plures plus sapiant quam pauciores, & duo vel tres plus  
videant quam unus. Unde iterum proverbium: *Plus vident ocu-  
li quam oculus,* Et laudatur illud Plinii dicentis, *singuli deci-  
pere & decipi possunt, nemo omnes, neminem omnes fefelle-  
runt.*

Ut ut autem hæc probabilia sunt & ὡς ἴτι τὸ μάθ, non  
tamen perpetua, & necessaria sunt, nec multitudo ac pluralitas  
infalibile sapientiæ & veritatis est indicium, nec quæ plura ac ma-  
jora sunt suffragia, sententiæ, ac consilia ea semper meliora sunt.  
Sæpe enim fit ut plures errent & hallucinentur, unus autem &  
alter rectè sapiant, benè sentiant, consulant. Sic E. gr. unus &  
solus Paphnutius in Concilio Niceno rectè sensit & judica-  
vit de conjugio sacerdotum, cum omnes reliqui Patres concilij  
istius errarent.

Ponderanda igitur potiùs quam numeranda sunt vota ac  
senten-

sententia, nec ex pluralitate & quantitate, sed natura & qualitate sua consilia sunt aestimanda, ut si unius, vel duorum, à sincero & incorrupto iudicio profecta, melioribus solidioribusq; nitantur fundamentis, praeferantur ea multorum aliorum; sapiendumq; ita, ac sentiendum potius rectè cum paucis, quam errandum cum multis est.


4. Nec enim multitudo errantium errori parit patrocinium, injustumq; est ut major pars meliorem vincat, sed quemadmodum in militia non multitudo militum sed paucorum virtus, non multa nomina sed expedita manus praestant victoriam, ita potius pondus quàm muneris, & qualitas quàm quantitas sententiarum ac consiliorum spectari praevalere & locum tenere debet.

5. Quod aequi amantissimus Princeps Iustinianus Consultatoribus suis praescripsit, ne videl. ex multitudine authorum iudicent, cum unius inferiorisq; sententia & multos & majores saepe superet. Et Exodi 23. praecipit Deus, ne plurimorum sententia in iudicio acquiescamus, ut à veritate declinemus.

Tantum.







contra Bodin & ipsius affectus Romanum  
Aristocratiam esse constanter negamus, &  
mativas in ipsa oulq̄m̄ta protelaturi.

### QVÆSTIO. V.

Plurimorum vota nūm semper  
& an Princeps consilia ac sententias  
de rare quān numerare debeat

Quemadmodum plurium testimonia pluris  
pauciorum & unius atq̄ alterius: ita etiam  
sententia vincere & præferri votis & senten  
communi receptum est, unde proverbium ista  
pars concludit. Et, Quod major pars desin  
plurium calculus vincit.

Cujus quidem rei ratio in aprico est,  
quod plures plus sapiant quam pauciores, &  
videant quam unus. Unde iterum proverbium  
li quam oculus, Et laudatnr illud Plinii dice  
pere & decipi possunt, nemo omnes, nemi  
runt.

Ut ut autem hæc probabilia sunt & us  
tamen perpetua, & necessaria sunt, nec multi  
infalibile sapiētia & veritatis est indicium, ne  
jora sunt suffragia, sententia, ac consilia ea se  
Sæpe enim fit ut plures errent & hallucinent  
alter recte sapiant, bene sentiant, consulant.  
solus Paphnutius in Concilio Niceno recit  
vit de conjugio sacerdotum, cum omnes reli  
lij istius errarent.

Ponderanda igitur potius quam nume

